Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eum est distinctio omnis eum pec
cantem et egentem gratia dei mundi
ficari gratis per ipsius re
redemptionem que est in xpo ihu
quem proposuit deus propitiationem
per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitie eius propter remis
sionem precedentium delictorum in sus
tentatione dei ad ostensionem iu
stitie eius in hoc tempore ut sit ipse
iustus et iustificans eum qui
est de fide ihu xpi dni nri. S.
Sequentia sancti iohis Iohanne
ihsum venientem ad se et ait.
Ecce agnus dei ecce qui tollit
pcta mundi. Hic est de quo di
xi. Post me venit vir qui ante
me factus est. quia prior me erat.
et ego nesciebam eum. Sed ut ma
nifestaretur israel. propterea ve
ni ego in aqua baptizans. et
testimonium perhibuit iohis dicens
Quia vidi spm dei descendentem
sicut columbam de celo. et man
sit super eum. et ego nesciebam eum
Sed qui misit me baptizare in
aqua. ille mihi dixit. Super quem
videris spm descendentem et ma
nentem super eum. hic est qui bap
tizat in spu sto. Et ego vidi et
testimonium perhibui. quia hic est
filius dei. Feria vi. ad thesalonicenses.
Fratres. Nolite deficere benefa
cientes. Ad quod si quis non obedit
verbo nro per epistolam hunc note
te. et non misceamini cum illo. ut
confundatur. Et nolite qsi inimicum illum existimare. sed corri
pite ut fratrem. Ipse autem deus pa
cis det vobis pacem semper in
omni loco sit dns
cum omnibus vobis. S. Gradualis
Sequentia sancti iohis. Cum audisset iohis
quod iohis audiens esset secessit
in galileam et relicta civitate
nazareth venit et habitavit in
capharnaum maritima in fi
nibus zabulon et nephtalim. ut
adimpleretur quod dictum est per
ysaiam prophetam. Terra zabulon
et terra nephtalim via maris trans
iordanem galilee gentium populus
qui ambulabat in tenebris
vidit lucem magnam. et sedentibus in regione umbre mortis
lux orta est eis. Exinde cepit
ihs predicare et dicere. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum
celorum. Dominica secunda.
Omnis terra adoret te deus et
psallat tibi psalmum dicat nomi
ni tuo altissime. Ps. Jubilate
deo omnis terra serite dno in letitia
Oro. Omnipotens sempiterne deus
qui celestia simul et terrena tuo
derigis. supplicationes populi tui